



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XXXIX. Die Markgrafen Johann und Otto überlassen dem Kloster Lehnin im Dorfe Netzem das Pastorat und das Schulzenamt mit den zu diesem gehörigen Hufen Landes, im Jahre 1244.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

XXXVIII. Die Markgrafen Johann und Otto bestätigen, daß Ritter Baldewin Trest dem Kloster Lehnin zum Seelenheil seiner Gattin 4 Hufen in Geltow geschenkt hat, im Jahre 1242.

In villa Jelt VI mansos cum omnibus suis pertinenciis Baldeuinus Trest miles contulit monasterio in Lenyn pro anima uxoris sue defuncte, confirmantibus Johanne et Ottone Marchionibus, anno domini 1242.

Altes Bez. Lehniner Urkunden. Gercken VII, 334.

XXXIX. Die Markgrafen Johann und Otto überlassen dem Kloster Lehnin im Dorfe Neßem das Patronat und das Schulzenamt mit den zu diesem gehörigen Hufen Landes, im Jahre 1244.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes et Otto, dei gracia Marchiones Brandenburgenses. Ut ea, que sunt legitime, obliuio non deleat uel obumbret iniquitas uel inmutet ex usu consuetudinif consueuerunt litteris commendari. Notum sit igitur tam futuri quam presentif eui generationi, quod nos ducti ratione dilectionif, qua Dominum Abbatem et fratres de Lenin amplectimur, eisdem, quatenus eo profusius pro nobis orent, Ius patronatus ecclesie Nedicem et uillicaturam eiusdem uille cum mansis ad eam pertinentibus benigne et alacriter contulimus cum bona uoluntate. Eapropter ut nostra, liberalif et uoluntaria donatio stabilif perseveret illibata, sigillorum nostrorum appensione duximus roborandam, fidele testimonium adhibentes, quorum nomina sunt hec: Johannes Notarius curie, Albertus notarius, bertoldus de uelberge, fridericus de bertkov, Wilkinus de tornov, Lodewicus de kerguov, fridericus frater eius. Acta sunt hec Anno Gracie M^o. CC^o. XLIII^o. Ind. II^a. Epacta nona.

Nach dem Original des Geh. Staats-Archives.

XL Die Markgrafen Johann und Otto verkaufen dem Kloster Lehnin das Dorf Golitz, das halbe Dorf Stolzenhagen und die Seen Rademer und Wandelsitz, im Jahre 1244.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes et Otto, dei gracia Brandenburgenses Marchiones. Temporum mobilitas et humane memorie instabilitas exigit, ut ad noticiam posterum gesta presentium scriptis autenticis commissa commaneant, ne per obliuionem, que inimica solet esse posteritatis, argumenta ueritatif obliterentur. Eapropter notum facimus tam futurif quam presentibus cristiane religionif professoribus uniuersis, quod nos Leninenfi monasterio pro ducentis et quinquaginta marcis uendidimus uillam Golitz in agrif, aquis, pratif, pascuis et ceterif attinentif uniuersis, Exceptif septem mansis, quos Euerardus miles et filii filii sui a nobis iure feudali continebant. Pro his autem septem mansis carissimis fratribus nostrif de lenin medietatem uille Stol-